

P V I S

1 6 1 8




- I. Philastrii Catalogus Hæresium.
- II. D. Honorii de Hæresibus.
- III. D. Bugensæii distributio Methodica Historiæ passionis Christi.
- IV. D. Garzæi Tractatus Concionum Penitentiarum.
- V. D. Garzæi Delineatio Concionum Penitentiarum.
- VI. Basilii Magni Oratio ad Adolescentes.
- VII. Intimatio Jubilæi Evangelici.
- VIII. Theologorum Saxoniarum Epistola Invitatoria ad universos Theologos.
- IX. D. Bergii Præfatio Francofurtensis Disputationis Theologicæ.
- X. M. Sachsii Disquisitio adversus Meijnerum.
- XI. Montani Virga in Bæmum et Ungaricum.
- XII. D. Pelargi Responsum ad Epistolam Schlusenburgii et Cramerii.
- XIII. D. Pelargi Responsoria ad Apostolica duo brevvia Schlusenburgii et Cramerii.
- XIV. Golemi Disputatio de Abstracto et Concreto.
- XV. Pelargi Disputatio de Assumptione Christi.
- XVI. M. Wolgangi Theses de Justitia et Justificatione.
- XVII. D. Füsseli Disputatio de Deo.
- XVIII. M. Theopoldi Disputatio ex Dialocho Theodoret. Secundo.
- XIX. de Deo.
- XX. de Peccato.
- XXI. de tria in Conversione Homini Concurrentia.
- XXII. de Justificatione.
- XXIII. de Bonis Operibus.
- XXIV. de Ecclesia.

Maa 15.



- XXV. M. Theopoldi de Sacramentis in genere;
 XXVI. de Poenitentia.
 XXVII. M. Hesselheimi Antidota Gotleui opposita.
 XXVIII. P. Meyneri Disputatio de Ceterisimo.
 XXIX. De Ponis vere Infinitis Humanae Christi Na-
 turae Communicati.
 XXX. Aia Iesu inter Ethnicum, Christianum &
 Iudaeum nata.

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATUS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECAE ACAD. FRIDERICIANAE
 TESTAMENTO RELICTIS.



IV.

4

Δ Τ Ο - Δ Ε Κ Α Σ

CONCIONUM

PESTILENTIALIUM

IN SACRA CIVITATIS SORA-

VIENSIS EAQ; PAROCHIALI ÆDE


DEI præpotentis gratia

à

JOACHIMO GARCÆO D.

Theologo ac Superattendente habitarum, bre-
vissimè delineata, inq; gratiam floris patritij,
& reliquorum isthic loci Theophilo-
rum emendatius ac limatius

edita.



ATHANASII

fol. 395. B.

SItte, cæterosq; confirmare studeas ad pietatem,
& quod SPES IN DEUM non pœnitenda
sit: sed INTREPIDUM animum reddat,
laudabis DEUM recitatione NONAGESI-
MI PSALMI: QUI HABITAT in adjutorio
ALTISSIMI. Et quæ sequuntur.

BUDISSINÆ

PRÆLO ZIPSERIANO.


Anno: IVDICIVM.



ΘΡΗΝΩΔΕΣ.

Αοιμὸς ὁμῶς σὺν λιμῶ ἔχει Σοράβων πολίεθρον
Δάκρυα τίσασιν τοῖσδε βέλεσιν ἐμά.
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ πέλει ἔλομένοιο βιοῖο,
Ἄλγεα λυγρὰ, ἴη! ἡμετέροισι φίλοις.
Ὡφρ' ἡμῖν ἐκάεργον ἰλάσσαι ἤπιε Σῶτες,
Παροφαῆς μεγάλα φέρερον ἄδμανός,
Λισόμεθ', ὅσγ' ἐθέλεις σὸν ἔμμελαι, ἢ ἀπολέσθαι
Λαὸν, ἔω ἔνεκεν δέξασ' ἀποινα Πάτερ.

JAKEIM τῆ ΓΑΡΚΑΙΟΤ
τῶν Θεοδύλων ἐλαχίστ.



LAMENTATORIUM.

Dira lues, male suada fames inimica Soranæ:
Ad madidas lacrymas ignea tela meas.
Hei! reboat clangor findentis membra sagittæ
Horrendum: caris luctus ubiq; pavor.
Tu nobis longè jaculantem dulcis JESU,
Mens PATRIS, effigies, conciliare velis.
Quæsumus: incolumis maneat, discriminis exors,
Turba cupis pretio sancta redempta tibi.

Joachimus Garcæus D.



ORNATISSIMIS ET

HONESTISSIMIS JUVENIBUS AC

ADOLESCENTIBUS, MATTHÆO AC HENRICO

TREUTMANIS, fratribus germanis, nec non TOBIÆ BOHEMO,

SAMUELI CUREO, HENRICIS CUNRADINIS & HENRICO

SEIDELIO, Patritijs Soranis, familiarum ocellis,

amicis meis.

BEATISSIMA ET LÆTISSIMA NOVI ANNI,

totiusq; curriculi tempora.

Produit, ornatissime & prestantissime

TREUTMANE major, amicorum carissime, carissi-

morum amicissime, produit, inquam, sub tua pietatis, fidei

ac virtutis dexterrimo, faustoq; & probato Nomine, recens

admodū, & mense quidem duntaxat anni jam lapsi proxi-

mo concionum mearū Pestilentialiū Εως, brevissime, (Sic

judicio enim D. Bartholemai, Theologia multa & minima:

Evangelium latum & magnum: iterumq; concisum,) vo-

to tuo delineata: & ita quidem produit, ut magna te, quā

es pietate erudita, eruditioneq; pia, admiratione percellue-

rit, letitia affecerit, eximiumq; nec quæsitum, nec petitum

nec speratum, ἀνεπίδοτον, pro quo gratias immortales ago,

habeboq; dum vivam, divinam insuper promitto, spondeo

longè uberrimam retaliationem, obtinuerit: quod magnum

studiorum meorum sibi deinceps partem vindicaverit.

Quiavero, tempore sic urgente, Ecclesia suspirante, plures

ad Heptalogum editum & edendum accessere conciones,

inq; numerum excrevère Dodecatemoriam, aut duo-de-

cadicos, editioq; proxima exire debuerat limatius & accura-

tius: sub incudem istam priorem denuò revocandam, au-
ctuario necessario exornandam, floremq; tibi σύγκρονον, &
lateri tuo adherentem, conjungendam piè, uti arbitror, ac
rectè judicavi.

Sic enim ab ipsis vestris incunabilis, pueritiæq; & ado-
lescentiæ studijs vestri pariliter ac laudabiliter processe-
runt anni, coaluerunt animi, ut idem velitis, idem, quæ per-
fecta amicitia nolitis, nunquam nisi unâ sitis, domi, foris,
Parentibus eximijs vestris singuli spacio ferè lustrati simul-
orbati, bonis eorundem nondum ex ephēbis excedentes præ-
clare ditati, familiarum baculi & bajuli patriæ ocelli, DEO
ac nobis devoti, in sacris toti, ac letitiarum quasi flumine
prioris διαγοφίας nuncupatione ac intuitione persusi.

Accipite igitur unâ cum præstantissimis Davidis,
germanis fratribus, benè si gerentibus ac de me merentibus
ornatissimi juvenes & adocescētes, sacram hanc, ut ut exi-
lem, διαγοφίω: ea spe si verbi amplexi fueritis purita-
tem, non defuturum vobis benedictionum temporalium
ubertatem, corporum pariter & animarum securitatem &
salutem. PIETAS enim (Augustin. ep. 12.) ad omnia
prodest, & quia molestias hujus vitæ avertit, aut lenit,
& quia ad æternam vitam, salutemq; perducit, in qua ni-
hil mali patiemur, & bono summo, sempiternoq; perfrue-
mur. Valete salvi & beati, ut flos ac fax vestri curriculi
sit ac maneat solus DEI. Ε μελεσηησείω. Cal. Ian. Anni
IVDICIVM.

Vobis

addictis.

Joachimus Garcæus D.

DELINEATIO CONCIO-
NUM PESTILENTIALIUM SEPTEM
in æde Parochiali sacra à 15. Trinit.
in 23. habitarum.

I.

PRIMA CONCIO DOCET PESTIS
descriptionem, quid illa sit, & qui-
bus in Scriptura nominibus hinc
inde appelletur.

Exordium à minoribus : Aves cœli ob-
servant tempora sua : Quanto magis nos hæc
tam periculosa nostra ?

Narratio attingit, perstringitq; statum
præsentem : transiens ad propositionem; quæ
est Psalmi 91. interpretatio : cujus summa ac
partes notantur tres : *πληροφροσία* fidei, Magna-
lia D E I, promissa Altissimi. Quibus præ-
mittenda Mali definitio. Votum.

Confirmatio deducit nomina Pests, de-
scripta à multis, à nemine, quoad verum ge-
nus, accuratè satis, ex universo totius istius
Psalmi contextu; addito isto, quod 2. Sam. 24.
notatur : Manum ac gladium DOMINI vocat.

A 3

EX

Ex omnibus his commonefactio & con-
solatio, cum conclusione Psalmi 31. 91. etiam
recitati & recitandi.

II.

Secunda Concio inquit causas contagij
efficientes, principales ac ministras propin-
quas & remotas.

Exordium ab enumeratione quatuor
plagarum. Ezech. 14. Transitus ad statum in-
fectionis: in quo quid agendum Psalmus 91.
docet: cuius summa, partes & occasio.

2. Sam. 24.

Præcisus reliquis eligitur thema de causis
mali tristissimi.

Confirmatio incipit à more communi
causas mali investigante, exemplo Philisti-
norum Judic. 15.

Causæ Physicæ ac Theologicæ enume-
rantur καὶ ἀρσιν καὶ θεσιν, ponunturq; 4. Impius
transgressor, impurus fœtor, DEUS ultor,
Angelus percussor.

Conclusio hortatur ad preces, cum repe-
titione usitata.

III.

Tertia Concio monet, quid sub gladio
grassan-

grassante ac mactante homini Christiano
agendum ac suscipiendum.

Exordium ostendit signum ruinantis
provinciae, contemptum consilij sani, exem-
plis Pharaonis, Davidisq; contra monitum
Joabi, instituentis recensionem populi cum
strage & clade horrenda totius regni : ut pre-
cibus sit opus pro Magistratu ac populo uni-
verso, non immeritò ardentioribus.

Talis cladis initium cum viderimus, ad
Psalmum hunc eruditivum convertere nos,
ac deducere vos debuimus ; gratia cogno-
scendi, quidnam nobis officij incumbat, ac
solatij.

Confirmatio varia variorum ostendit
locorum & hominum ê Suida, Leonico, Li-
vio, Camerario & consimilibus, studia ac ope-
ra, pleraq; vana : Davidi jubet auscultari, ag-
gressi sana ac tuta, quæ & futura nostra.

Luxit enim miserabiliter & consolabili-
ter : sedit fiducialiter ac viriliter : vidit ac vi-
xit reverenter ac sapienter : clamavit arden-
ter ac temperanter.

Conclusio agit gratias pro consilij, ac di-
mittit suspirijs.

Quar-

IV.

Quartæ concionis sunt; DE I magnalia, quæ pia experiatur turba, ubi intima emiserit suspiria.

Exordium tria & quatuor notat hominum, tempore contagioso degentium, genera: ista è BernharDO; hæc è nostro seculo: securorum, fugitivorum, frigidorum, devotorum: quorum studia notata Neq; hæc frustranea.

Confirmatio DEUS noster, DEUS salutis: probans hoc: 1. Protegendo mirabiliter, Manu forti, veritate verbi, cohorte cœli, cohabitatione fidei.

2. Eripiendo potenter. 3. Accingendo fortiter. 4. Promittendo abundanter. Modò apprehendamus fide: ut firma sit promissio. Epilogus solatur, obtestatur.

V.

Quintæ concioni promissiones cesserunt divinæ, ipsiusmet loquentis J E H O V A E.

Exordium dedit vox dura impiorum, Mal: 3. quasi DEO frustra serviatur. Non sic animus affectus piorum, cumulum spectans præmiorum, pietati destinatorum: de quibus

bus in Spiritu ebrius Psalter hic regius: unde
tam mira personarum ^{ερερωσις}, loquente mo-
do Spiritu Sancto ad pium, pio mox ad
DEUM, DEO protinus ad suum dilectum.
Primum audivimus; medium didicimus:
postremo attendemus. Attendamus.

Præmia leniunt tædia, Genes. 29. &c: quæ
sunt certè infinita. At quæ ista promissa cæli-
tus præmia? Eximia. 1. Gloriosa liberatio &
ereptio Protectoris. 2. Optata exauditio Para-
statis. 3. Rara longitudo ætatis & æternitatis.
4. Gaudiosa ostensio salutis.

En quanta. Prævalescant corda nostra
orantia Psal. 119. Omnis rei vidi finem: sed
Lex tua durat.

VI.

Sexta Concio vocem loquentis JEHO-
VAE repetijt: exordio sumpto à beneficentia
ac munificentia Regum mundanorum, suo-
rum Ministrorum personas evehentium: (ut
in Josepho ac Mardocheo) eaq; ad Regem
Regum traducta, suos multo gloriosius or-
naturum. Quæ quanta, & qualia constiterit.

Necessaria tamen subjecti hujus deter-
minatio: ad quos talia spectent. Quod non

B

minus

minus evidenter, quàm consolanter Maje-
stas loquens definit. Audiamus, ut gaudea-
mus.

Confirmatio à distinctione orditur ac sepa-
ratione divina piorum & impiorum. Mich. 2.
Mal. 3. Isa. 65. 1. Tim. 4. &c: Nôsse enim DEUM
suos, discernentem inter glebas, sicuti discre-
vit inter stellas Bernh. Isa. 6. Qui ergò illi tam
beandi, beati? 1. CircumPLICantes vehemen-
ter. 2. Cognoscentes veraciter. 3. Clamantes
ardenter. 4. Periclitantes dolenter: non ut
scelerati: sed innocui & sancti. Qui tales: lau-
dent, plaudant, orent. Qui non: gemant; præ-
hendant: utriq; suspirent: Confirma hoc
DEUS.

VII.

Colophonis loco diluitur objectio con-
trà præmissa ac promissa omnia, movens in-
stantiam, tot piorum pereuntium: institui-
turq; ἐπίτομη & repetitio quâ brevissima omni-
um doctrinarum, singulis in concionibus
explicatarum.

Exordium contrarietatem promissio-
num divinarum & cursuum sanctorum φαινο-
μένων

μένως apparentem refert, & ad obitus piorum transfert: sternendo viam dissertationi, cur & sancti occumbant? Et num hæc funera Psalmi verbis, DEI promissis contraria?

Confirmatio ad sanctuarium ducit, dicitq; ac docet, sanè & pios, peste correptos, abstrahi: referens, causas esse; 1. Luis peccati. 2. Trucis Diaboli. 3. Securitatis Christiani. 4. Ignis divini: urentis, probantis, excoquentis, eximentis: distinguitq; inter pestem exitialem, & salutarem; liberationem temporalem, ac finalem &c.

Repetitio brevitæ artificiosa rem totam contrahit, gratiarum actione pia, & precatione cœlifraga, voce sonora & canora concludens, Pastorem & oviculas totamq; ad eò Ecclesiam DE O Litania Sancta & quotidiana committens.



*Non nobis DOMINE, non nobis:
sed NOMINI TUO DA
GLORIAM.*

B 2

AUCTUARI VICE

acceſſerunt hæc 5.

VIII.

DE DICTO PSALMI 34.

*Multa paſſiones juſtorum: ſed de his omni-
bus liberabit nos DOMINUS.*

Exordium attingit difficilimam de no-
tis veræ Eccleſiæ controverſiam, removens
falſas Bellarmini: reponens veras CHRISTI:
Veritatis verbum: ſalutis Sacramentum: gre-
gis obſequium: Crucis jugum.

Primo exultamus: ſecundo gaudemus:
tertium crefcere optamus: poſtremum ſen-
timus, DE I miſſilia dolenter ſentientes. Sub
quibus quæ nobis conſolatis, attentè perci-
piatis quæſo. *Εὐχὴ.*

Exegeſis.

Vel afflictiffimus CHRISTUS ſe fiden-
ter Pſalmo 16. erexit. Faciamus nos idem; ſci-
entes DEUM eſſe opitulatorem, ac DEUM
ſalvatorem qui ſuos ſalvet.

1. Eripiendo temporaliter: ubi agon Da-
vidis in Philiftæa periclitantis extremus, & de
ſcurris aularum excuſus.

2. Solven-

2. Solando spiritualiter 3. Liberando finaliter. 4. Glorificando totaliter ac æternaliter.

Quem? 1. Hominem credentem. 2. poenitentem. 3. patientem. 4. perseverantem.

Oremus Psal. 38.

CONCIO IX. CAMPESTRIS

ad infectos Dom. 3. Adv.

Ex. Sanis non opus esse Medico: sed ægrotis. Tales miseri cum sint: Medicinam illis adhibendam. Isai. 40. Consolamini, Consolamini. Hoc præsertim tam afflictissimo, quàm salutifero, adventus tempore.

Commoda huius Evangelij lectio: cujus summa, partes, occasio, consilij Ecclesiæ ratio notissima.

Propositio DEUM & SALVATOREM nostrum ab illos contagiosos misericorditer venisse, & adventare. *Εὐχαί. Threni.*

Εἰγασία.

Luctuosum interdum Magnatum, & DEI ipsius ad quosdam adventum. Hunc salvificum & gaudiosum.

1. Ob integram corporum constitutionem.

2. Mirandam mentium illuminationem, gratiarum spiritualium efficacionem.

B. 3

3. Pater-

3. Paternam illorum correptionem.
4. Potentissimam periclitantium liberationem & consolationem cum temporalem: tū finalem ac æternalem. Illam agnoscant: hanc expectent. Psal. 13.

X.

AD INFECTA SUBURBIA ET

Nosocomia sua Dio &c: Dom: 4. Adv.

De preparatione ad sanctissima Natalitia.

περίμειον. Ad natalitia Regum ac nostra, præparatorum, & gaudia: meritoq; ad filij DEI Genethlia.

Qualia, intimandum: cum impuritas accesserit, nec omninò stertendum sit: ac multis maxima præparatio desit.

Hanc indicat Joannes B. ex Isai. 40. Parativum suspiria.

Deductio.

Non omnes omni tempore omnibus apti ac idonei 2. Par. 30. 1. Sam. 21.

Vos eritis idonei. 1. Colendo adhuc ad tempus solitudinem. 2. Exaltando vallem. (fide, Verbi consolatione, CHRISTI satisfactione, sacra communione.)

3. De-



3. Deprimendo montem & collem.

4. Expectando, spectando & audiendo Majestatem loquentem. Psal. 6. 88.

XI.

PANEGYRIS EUCCHARISTICA TOTIUS

Ecclesiæ, sanorum ac restitutorum ac membrorum

Domin. 1. post Epiph.

Usitata semper fuit in Ecclesia pro beneficijs publicis gratiarum actio publica. Quare cum magna sopito contagij malo nobis ac vicinis illuxerit misericordia ac lætitia: publicè nos hanc evehere, celebrare, nostris ac vicinis gratulari movent merita, monent jussa, impellunt exempla.

Ita enim David, Rex, ne de Noæo dicam, aram gladio recondito, erigebat sanctam, & Ezechias solennem instituebat Eucharistiam.

Quæ in quibus partibus ac operibus posita, audiamus, oremus 2. Sam. 24.

Enarratio

Non uno omnes affecti modo in morbo ac depulso morbo, spondentur multa servantes pauca: vel pristina, vel non placentia tentantur opera.

Nos grati erimus ritè, piè:

1. Chri-

1. Christiana & publica, non inter moritura-
la, nec delenda, miserationum divinarum &
humanarum recordatione & celebratione.

2. Justa meritorum omnium, bonorum,
malorum compensatione.

3. Continua flagellorum talium propul-
satione.

4. Feliciori ac fideliori nec non maturiori
subsidiis pro corporibus & animabus ne-
cessariorum curatione. Psal. 33. 34.

XII.

Dominica 2. post Epiph.

PARENTALIA AC SOLATIA SANCTA

pro omnibus abreptis & horum hæredibus.

Inter reliquos luis agones non minimus
dolor orbatorum; quibus tot funera, ac sepul-
tura nocturna valde luctuosa.

His ut consulamus luctus acerbitas ac pie-
tas, monent. 1. Thes. 4. 5. Isa. 38. 39. 2. Sam. 10.

Accedunt Exempla gentilium, Demo-
sthenis de illis, qui in Cherioneso, &c.

Quare remedio illis consulemus genera-
li, Panacea ac Nepenthe. Rom. 14. Nemo sibi
vivit, &c. Clamor.

Explica-

Explicatio & Applicatio.

Dirum ac durum pestis telum ac divor-
tium : cui opponamus.

1. Terræ omnis jugum ac fatum. Vivimus:
morimur.

2. Vitæ ac mortis dominium ac Dominum.

3. Vitæ Ducis obitum & exodum.

4. Messiaë viventis regressum ac imperium.

Objectio de sepultura nocturna diluetur
more, lege, necessitate, utilitate, pomparum
vanitate, Damni huic nihil quiescentibus, re-
manentibus. Si quid : **D E U M** ultorem. Nec
divitem sepultura beatum splendidâ, nec La-
zarum damnatum nulla.

Agnoscamus beneficium, iudicium, de-
precemur, solemur nos Monicaë Exemplo.

*Ex wirds wol finden/förderen/widerbringen/
in die restitutionis omnium.*

Qui erit festivitas, gaudium sine fine, æter-
nitas sine labe, serenitas sine
nube. Psal 90. 92.

A M E N.



C

AMBROSII

Lib. 1. Offic. c. 13.

EST BONORUM ADOLESCENT-
tium, timorem DEI habere, deferre pa-
rentibus honorem, habere senioribus reveren-
tiam, castitatem tueri, non aspernari humilita-
tem, diligere clementiam ac verecundiam, quæ
ornamento sunt minori ætati. Ut enim in seni-
bus gravitas, in Juvenibus alacritas: ita in ado-
lescentibus verecundia, velut quandam dote
commendatur naturæ. Erat Isaac DEUM timens,
utpotè Abrahæ indolis, honorem deferens Patri
usq; eò, ut adversus paternam voluntatem nec
mortẽ recusaret. Joseph quoq; cum somniasset,
quòd Sol, Luna & Stellæ adorarent eum: sedu-
lum tamen obsequium deferere Patri, castus
ita, ut ne sermonem quidem audire vellet, nisi
pudicum, humilis usq; ad servitutem, verecun-
dus usq; ad fugam, patiens usq; ad carcerem, re-
missor injuriæ usq; ad remunerationem. Cujus
tanta verecundia fuit, ut comprehensus à mulie-
re, vestem in manibus ejus fugiens mallet relin-
quere, quàm verecundiam deponere. Moyses
quoq; & Hieremias electi à DOMINO ut oracula
DEI prædicarent populo, quod poterant per
gratiam, excusabant per verecundiam.



GREGORIUS

Lib. 8. Ind. 3. c. 42.

ETAQVE CREATORI
nostro in cunctis adversitatibus gra-
tias referamus, atq; de ejus misericordia
confidentes patienter omnia toleremus: quia
satis minus patimur, quam meremur. Et:
Quoniam in his divino adjutorio opus est,
in cunctis, dilecte frater, precibus Omnipo-
tentis clementiam exoremus, ut nos dignè
ista tribuat exhibere, & populorum ad hæc
operanda misericorditer corda compungat:
quatenus in timore ipsius actus nostros sa-
lubriter ordinantes, & ab ingruentibus
malis erui, & ad superna venire gaudia
ejus duce gratia, sine qua NIHIL
possumus, mereamur.



FINIS.

GREGORIUS

LIBER

IN

FINIS





Jh 4245



X 22 MA 38

VD 17 AC





IV

4

ΕΚΑΣ
ONUM
TIALIUM
TATISSORA-
ROCHIALI ÆDE
tis gratia
GARCÆOD.
lente habitarem, bre-
viter gratiam floris patritij,
loci Theophilo-
s ac limatius
ASIIUS
e studeas ad pietatem,
EUM non pœnitenda
OUM animum reddat,
itatione NON AGESI-
HABITAT in adjutorio
æ sequuntur.
INE
SERIANO.
ICIVM.

